

LAS SENTENCIAS  
DE LOS PADRES

CONTENIDOS EN ESTE TOMO III.

COMO SE HALLAN

EN LA LENGUA LATINA.

SENTENCIAS ESCOGIDAS.

DE SAN GREGORIO DE NISA

*Correspondientes al Capítulo I. Artículo IV.*

I. Cum aliqua perturbatione victus est homo, non jam ipse imperat, sed in ejus animo perturbatio dominatur. Quamobrem, cum ita creatus sis ut bestiis imperes, perturbationibus impera. (*Orat. 1.*)

II. Deum cognoscere nihil aliud est, quam nihil eorum esse Deum cognoscere, quæ humana mens cognoscere potest. (*Vita Mos.*)

III. Id profectò est ab amicitia Dei repelli: unum expetibile solum, amicitia Dei, qua sola meo iudicio vita hominis perficitur. (*Ibidem.*)

IV. Propterea se nobis comedendum proponit, is qui semper est; ut cum ipsum in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus quod ille est. Dicit enim: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus suæ carnis, & qui in hunc sanguinem est af-

fectus, mundus erit à sensibili sanguine. Caro enim verbi & sanguis qui est in hac carne est suavis his qui gustant, appetendus hiis qui desiderant, & iis qui diligunt amabilis. (*In Eccles. Hom. 8.*)

V. Tempus diligendi Deum est tota vita. (*Ibidem.*)

VI. Oportet Deum diligere ex toto corde, anima, potentia & sensu: proximum tanquam seipsum: uxorem si prioris quidem est animæ, sicut Christus Ecclesiam: sin autem est animæ magis perturbationibus obnoxia, sicut corpus proprium: sic enim jubet Paulus. (*In cant. Cant. Hom. 4.*)

VII. Recedit à Deo qui per orationem sese Deo non conjungit. (*De orat. or.*)

VIII. Stultissimum fuerit, si quis accedens ad Deum, à sempiterno temporaria roget, à coelesti terrena, ab altissimo abjecta, ab eo qui regnum coelorum largitur, hanc humilem & terrenam foelicitatem, ab eo qui largitur ea quæ non possunt eripi, ad exiguum tempus alienarum rerum usum; quarum necessaria quidem adeptio, temporarius usufructus, & periculosa administratio. (*Ibidem.*)

IX. Qui in oratione dicit: *Sanctificetur nomen tuum*, si verum est quod orat: auxiliij tui præsidio atque adjumento fiet irreprehensibilis, justus, pius, loquens id quod pium, faciens quod justum sit... Non enim aliter per hominem Deus glorificari potest, nisi virtus ejus testetur, divinam potentiam atque virtutem esse causam bonorum. (*Orat. 2. de or. Dom.*)

X. Ad malum non opus est adjutore, quippe in voluntate nostra, vitio seipsum ultro proficiente. Quod si in melius inclinatio fiat, Deo opus est. (*Orat. 4.*)

XI. Per orationem docemur ita à malo vitam expurgare, ut ad similitudinem cælestis vitæ instituti, etiam in nobis absque ullo impedimento voluntas Dei exerceatur; sicut in supramundano exercitu, malitia & vitio nusquam boni actionem impediende. (*Ibidem.*)

XII. Quærere jubemur id quod satis ad naturam corporis conservandam, *panem da* ad Deum dicentes, non luxum, non delicias, neque divitias.... Neque quidquam talium per quæ anima à divina ac potiori cura abstrahitur, sed *panem.* (*Ibidem.*)

XIII. *Totus mundus in maligno positus est.* Ergo qui extra malum esse vult, necessariò sese à mundo segregabit. (*Orat. 5.*)

XIV. Verbum luctum beatum ducit, non propter seipsum, sed propter id quod ex illo accidit. (*Orat. 3.*)

XV. Et vitæ rectè transactæ memoria, & præsens vita, dum per virtutem transigitur, & expectatio retributionis delectat. Quam retributionem non aliam esse puto quam ipsam rursus virtutem; quæ & opus rectè facientium est, & præmiùm rectè factorum. (*Ibidem.*)

XVI. Informatum Patriarcham, opinor, per speciem scalæ, quod aliter ad Deum erigi non licet, nisi quis semper superna contueatur; & sublimium continuo desiderio teneatur: ut non contentus sit in iis quæ rectè jam fecerit, & consecutus sit, manere, sed in damno ponat, si superiora non attingat & assequatur. (*Orat. 5.*)

XVII. Rursus hoc quoque tempus contrahere, & celerius Communionem reddere, ut sua probatione ejus cui medela adhibetur constitutionem dijudicet. Quemadmodum enim *porcis margaritas projicere* est vetitum, ita & pretiosa margarita privare eum, qui jam per alienationem à vitio, & purificationem, homo sit factus, non es congruum... Adulterium, & in reliquis inmunditiæ generibus admissa iniquitas eodem judicio punietur, sed tempus duplicabitur. (*Ibidem.*)

XVIII. Populi regendi munus sortitus est aliquis, privatorum casus commiseretur; memineritque, se quamvis dignitate præstet iis quos gubernat, ac regit, naturam tamen eandem habere, ideoque posse aliquando fortasse in eosdem

errores incidere.... Moses ut pro Sacerdote vitulus immolaretur constituit, peccatum nimirum, & ipso expiationibusque plurimis indigente. (*In eos qui jud. al. acerb.*)

XIX. Noli esse tam facilis ad amputandum & excindendum, tu qui Dominum ne id faciat debes obsecrare; neque tam celeriter desperandum existima; diligentiam adhibeto, reprehensionibus circumfodito, cohortationibus foveto, tanquam sinu; documentorum quasi aquarum copia irrigato; præceptis ut vallo communito. Tuum esto placare Judicis animum. Demus operam, ut eodem nomine quo Dominus appellemur: is enim dicitur Consolator, dum hominum generi Patrem propitium reddit. (*Ibidem.*)

XX. Nos verbis quidem poenitentiam pollicemur, factis vero nihil studii laborisque præstamus: sed eadem vivendi consuetudine, qua prius, utimur; eadem in vultu hilaritas, idemque in corporis cultu splendor. Somno ad satietatem usque indulgemus, negotiis & occupationibus animo sedulitatis oblivionem injicimus poenitentia nomen inane dumtaxat retinemus. (*Ibidem.*)

XXI. Cave ne capiat alius thesaurum tibi repositum. Studium promerendi de propinquis tibi ab alio præripi ne permittas. Calamitate affectum, ut aurum amplectere. Infirmam pauperis valetudinem ita fove, ut in ea & sanitatem tuam, & salutem totius familiae positam putes, nam cum omnes pauperes adjuvandi sunt, tum illi qui ægrotant præcipuè sunt amplectendi; qui enim egens, & æger est duplici laborat paupertate. (*De pro amand.*)

XXII. Jacentes pauperes ne despexeris: considera quanam sint, & eorum cognosces dignitatem. Servatoris nostri personam induerunt. (*Ibidem.*)

XXIII. Pauperes eorum quæ speramus bonorum sunt promicondi. Hi janitores regni coelorum, qui benignis aperiant & occludant inhumanis. Hi & vehementes sunt ac-

cusatores & optimi patroni. (*Ibidem.*)

XXIV. Utere igitur, utere ne abutaris. (*Ibidem.*)

XXV. Æque obnoxius est poene qui non dat mutuum, & qui dat sub conditione usuræ; illius namque inhumanitas, hujus vero cauponarius quæstus merito condemnatus est. (*Contr. usur.*)

XXVI. Hoc ipsum sit tibi argumentum Divinitatis ejus qui apparuit, quod non procedat prædicatio per ea quæ sunt secundum naturam. Nam si intra fines naturæ essent ea quæ de Christo narrantur, ubi Divinitas? Sin autem naturam superat id quod dicitur, ea ipsa, quæ non credis, probant Deum esse qui prædicatur. (*Cath. orat. c. 13.*)

XXVII. Si Divinæ naturæ signum proprium est benevolentia in homines, habes causam cur Deus venerit ad homines. Opus enim habebat Medico natura nostra quæ morbo laborabat; opus habebat eo qui erigeret homo qui ceciderat; opus habebat eo qui vivificaret qui à vita exciderat; opus habebat eo qui ad bonum reduceret, qui defluerat à boni participatione. Egebat boni præsentia qui erat inclusus in tenebris. Quærebat Redemptorem captivus; adjutorem vinctus, liberatorem is qui jugo premebatur servitutis. Hæc non sunt parva, & indigna quæ Deum moveant ut descendat ad humanam naturam. (*Cap. 15.*)

XXVIII. Voluisse dare salutem ostendit bonitatem. Quod autem tanquam ex contactu fecit captivi redemptionem ostendit justitiam. Quod vero id quod capi minime poterat, subtiliter effecit, ut capi posset ab inimico, id summam arguit sapientiam. (*Cap. 23.*)

XXIX. Quomodo parum fermenti, ut ait Apostolus, sibi assimilat totam consersionem; ita corpus Divinum morte affectum, & vitæ nostræ initium, cum fuerit intra nostrum, totum ad se transmutat & transfert. Quomodo enim cum quod est exitiale mixtum fuerit cum sano, quidquid est contemp-

ratum simul redditur inutile; ita etiam corpus immortale cum fuerit intra eum qui gustaverat id quod disolveret, universum quoque transmutat in suam naturam. (37.)

XXX. Qui ad res humanas mente, animoque se convertit, omnem curam illic rejicit, animumque suum in eo occupat, ut hominibus placeat; is non potest primum illud & maximum Dei præceptum explere, quo monemur ut *toto corde, & totis viribus Deum diligamus*. Quo enim pacto fiet, ut quis toto Deum animo diligit, cum suum hic animum modo in Deum, modo in res humanas impellat; debitamque illi soli benevolentiam quodammodo eripiens in humanis affectibus exhauriat? (*De Virg. c. 9.*)

XXXI. Ne animum unquam quis adjungat ad aliquid in quo quædam permixta es voluptatis cupiditas: atque in primis eam voluptatem caveat quæ gustu percipitur; quoniam antiquior quodammodo, quasique vitii mater videtur. (*Ibid. c. 21.*)

XXXII. Adhibenda continentior vitæ disciplina, ut non voluptas, sed necessarius in singulis usus delectationis modum & terminum constituat. Quamvis autem cum necessitate jucunditas sæpe commixta sit; quoniam solet indigentia cuncta condire, quæ, vehementi cibi apertione, id quod ad necessarium usum inventum est suavitate condit; non tamen oportet, propter oblectationem quæ sequitur necessitatem rejicere neque voluptatem principaliter persequi, sed ex omnibus id quod utile est diligendo, quæ sensum oblectant negligere debemus. (*Ibidem.*)

XXXIII. Utramque immoderationem æqualiter refuge, ut neque corporis obesitate mentem quasi aggeribus circumsepian; neque rursus inductis imbecillitatibus tenuem illam & humilem efficiant & ad corporis laborem prorsus inutilem; meminerintque: *ut nequis ad dexteram neque ad sinistram declinet*. (*Cap. 22.*)

XXXIV. Ne vel præ abundantia deliciarum ita perturbata sit caro, ut regi non possit; vel præ immoderata afflictatione malè affecta tenuis, & ad vitæ usus necessarios infirma efficiatur. Hac ratione illud perfectissimum est continentiæ propositum, ut non ad corporis afflictionem, sed ad commodas animi functiones spectat. (*Ibidem.*)

XXXV. Si ejus qui nos redemit effecti sumus, Dominum ita sequamur ut omnino nobis non vivamus. Sed illi qui nos vitæ suæ pretio comparavit: non enim amplius nostri ipsorum Domini sumus, sed ille qui nos coemit Dominus est, nos autem ejus dominio mancipati. Illius ergo voluntas nobis pro lege vivendi proposita sit. (*De perfect. Christi. For.*)

XXXVI. Ea vero perfectio est, ut qui augetur in melius numquam consistat, neque terminis ullis perfectionem existimet esse conclusam. (*Ibidem.*)

XXXVII. Opus est eum qui hujus vitæ res præclaras planè despicit, & omnem mundanam gloriam abnegat, etiam cum vita animam propriam abnegare: animæ vero abnegatio est voluntatem suam nusquam quærere, sed Dei voluntatem. (*Ibidem.*)

XXXVIII. Deum amantibus facilis & jucundus est labor mandatorum. (*Ibidem.*)

XXXIX. Utrumque in modum perfectum est, ut non sit in corpore, sed in animo. (*Ibidem.*)

XL. In modum perfectum est, ut non sit in corpore, sed in animo. (*Ibidem.*)

## ADICIONES.

I. *Hagamos al hombre para que presida.* Para mandar nació el hombre; ¿por qué, pues, estás sirviendo á las pasiones? ¿Cómo así te despojas de tu dignidad? ¿Por qué te entregas al pecado para hacerte siervo? ¿Por qué te abates á ser esclavo del demonio? (*Orat. 1.*)

II. Procúremos con la mayor aplicacion no caer de la perfeccion á que podemos llegar: poseamos toda tanta nos sea posible lograr. Estar en tal disposicion, que siempre suspiremos por adelantarse en la virtud, bien puede ser que sea la perfeccion de la naturaleza humana. (*De vita Mos.*)

III. Hasta los ojos son puros en el hombre modesto, por lo que haye de aquellos espectáculos que incitan á la luxuria. (*Ibidem.*)

IV. El envidioso no es infeliz por sus propios males, sino por los bienes ajenos; por

I. *Faciámus hominem & præsit.* Ad imperandum est natus homo? ¿Quid ergo perturbationibus servis? ¿Cur dignitatem abjicis tuam? ¿Cur te peccato tradis in servitutem? ¿Cur te constituis mancipium diaboli? (*S. Greg. Nyss. Orat. 1.*)

II. Omne studium adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam pervenire sit possibile: tantumque ipsius possideamus, quantum capere possumus. Ita enim se habere, ut ad ulteriora semper in virtute velis ascendere, id ipsum forsán humanæ naturæ perfectio est. (*De vita Mos.*)

III. Modesti hominis etiam oculus mundus est, & hæc quæ ad luxuriam incitant, spectacula respuit. (*Vit. Mos. interp.*)

IV. Invidus non suis malis, sed alienis bonis infelix est; at contra, non suo bono,

sed malis proximi felix. (*Ibidem.*)

V. Quiddam continere... quare si Sacerdotis vitam inveneris redolentem unguentis, bysso florentem, mensis pinguibus inhaerentem, recte in hunc Evangelicis utens verbis, Sacerdotalem arborem non agnosco, alius est enim Sacerdotii fructus ab isto. (*Ibidem.*)

VI. Quod est tempus querendi Deum? breviter dico: tota vita. *Oculi mei semper ad Dominum.* (*In Eccles. Hom. 2.*)

VII. Oratio conversatio cum Deo est, invisibilium contemplatio, eorum quæ concupiscuntur certa fides, eisdem cum Angelis honoris conditio, bonorum progressus & incrementum, malorum subversio, peccatorum emendatio, presentium fructus, futurorum comprehensio. (*Ibidem.*)

VIII. Hic mihi Dominus dum *caelestem Patrem* invocandum esse docet, bonam illam patriam in memoriam

el contrario, no cuenta por felicidad su propio bien, sino el ageno mal. (*Ibidem.*)

V. Si ves que el Sacerdote huele á preciosos unguentos, que viste delicadas telas, que asiste á las abundantes y regaladas mesas, con razon dirás con las palabras del Evangelio: no conozco el árbol Sacerdotal, porque no es este su fruto. (*Ibidem.*)

VI. ¿Cuál es el tiempo de buscar á Dios? en pocas palabras te responderé: toda la vida. (*In Eccles. Hom. 2.*)

VII. Es la oracion una conversacion con Dios, contemplacion de las cosas invisibles, confianza cierta, de conseguir lo que se desea elevacion á la misma honra de los Angeles, progreso y aumento de los bienes, ruina de los males, enmienda de las culpas, fruto de lo presente, y seguridad de lo futuro. (*Ibidem.*)

VIII. Quando el Señor me enseña á invocar á mi *Padre celestial*, se ve que pretende traerme á la memoria

aquella buena patria, para volver á ponerme en el camino que allá guia, infundiendome deseos mas vehementes de poseer aquellos bienes. (*Ibidem.*)

IX. El principal de todos los bienes es, que el nombre de Dios sea glorificado por medio de mi vida. (*Ibidem.*)

X. Al que no fuese misericordioso, le arguirá Dios: no has traído á este siglo eterno la humanidad, no tienes lo que no tuviste, no hallas lo que no depositaste, no coges lo que no repartiste, no segarás lo que no sembraste, Digna mies de la semilla que arrojaste. Sembraste aspereza, ahí tienes la cosecha; cultivaste el rigor con el pobre, toma lo que escogiste; no te has condolido de nadie, no serás mirado con misericordia; ésta huirá de tí; Te daba fastidio el pobre; ahora le causarás tú al que por tí se hizo pobre. Quando esto se te diga, ¿en donde estará el oro, ¿en donde la res-

redigere videtur; ut vehementiori bonorum injecto desiderio, sistat me rursus in via ad patriam redicente. (*Ibidem.*)

IX. Caput omnium bonorum est; si per meam vitam nomen Dei glorificetur. (*Ibidem.*)

X. Immisericordiam obijcietur: non portasti ad hoc sæculum humanitatem, non habes quod non habuisti, non invenis quod non deposuisti, non colligis quod non dispersisti, non metes quorum non dejecisti semina. Digna sementi tibi messis: acerbitatem seminasti, collige manipulos: coluisti immisericordiam, habes quod dilexisti; non aspexisti quemquam condolenter, non aspicietis cum miseratione, fugisti misericordiam, fugiet te misericordia; fastidisti egenum, fastidiet te qui propter te egenus fuit. Si hæc dicantur, ubi aurum? ubi splendida supellex? quid hæc ad fletum &

stridorem dentium? quis extinguens flammam? quis avertet vermem numquam morientem? (*Ibidem.*)

XI. Alius Agrotantis, alius valentis est vivendi modus. Qui valet, pro arbitratu suo vivit, quocumque vult proficiscitur, omni officio & munere libere fungitur: hic autem in angusto jacet cubiculo, procul ab omnium consuetudine, omnibusque negotiis remotus. Qui convivis olim magnificis delectabatur, aqua nunc & panis frustulo vescitur. Hæc qui corporis morbo laborat: tu vero oculis animus æger est, cur non ad medicum properas; cur non ei, confitendo, morbum ostendis tuum? quid pateris ut depascatur, ut inflammetur? tandem aliquando resipiscas ac te ipsum nosces. Deum offendisti, Procreatorem tuum irritasti, eum qui & presentis vite potestatem habet; &

plandeciente baxilla? Y ¿de qué te servirá todo eso para remediar aquel llanto, y aquel crugido de dientes? ¿Quién apagará aquella llama? ¿Quién te quitará aquel gusano que jamás ha de morir? (*Ibidem.*)

XI. De un modo vive el que está enfermo, y de otro el que está sano. El sano vive á su arbitrio, y va á donde quiere, desempeña libremente qualquiera empleo y obligacion: el enfermo está postrado en un estrecho aposento distante de la comunicacion, y retirado de ocupaciones. El que antes se deleitaba en los magníficos convites, ahora se sustenta con un poco de pan y agua. Esto sucede al que ha perdido la salud corporal: tú, pues, que estás enfermo en el alma, ¿por qué no acudes al Médico? ¿por qué con la confesion no le manifestas tu enfermedad? ¿Cómo sufres que te vaya consumiendo, y que se vaya inflamando? Vuelve alguna vez sobre tí y conocete. Ofendiste

á Dios, tienes irritado á tu Criador, al que tiene potestad sobre la vida presente, y es el Señor y el Juez de la que está por venir. (*Ibid.*)

XII. Explora cuidadosamente cuál es tu enfermedad: siéntela con el mayor dolor que te sea posible: haz que los hermanos se conduzcan contigo: escoge un Sacerdote por padre que tome parte en tu affliccion. Pues no puede llamarse padre con verdad el que no siente la pena de los hijos. Tanto se entristece el Sacerdote por el pecado del que recibe por hijo en atencion á la Religion, como David quando lloró la muerte de Absalon, y como Moysés por el pueblo impio, que habia formado el becerro. Por lo que debes tener mas confianza en el que te engendró para Dios, que en los que te diéron la vida del cuerpo. No te detengas en manifestarle lo mas oculto; descubre al Médico las heridas secretas de tu alma, que él cuidará de tu honra y tu

futurae Dominus ac Judex est. (*Ibidem.*)

XII. Explora diligenter morbum quo affectus es; suscipe ex eo dolorem quantum maximum potes; fratres unanimes adhibe qui simul doleant... afflictionis participationem sume Sacerdotem, ut patrem. Quis enim tan falso nominatur pater, qui non filiis merentibus doleat? Sacerdos ita tristatur ob peccatum illius, quem propter Religionem habet loco filii, ut David luxit Absalonis interitum, ut Moses impium populum qui sibi vitulum conflaverat. Quamobrem major tibi in eo fiducia sit qui te in Deo genuit, quam in illis à quibus secundum corpus procreatus es. Audacter ostende illi quæ sunt recondita: occulta vulnera Medico retegge. Ipse, & honoris & valetudinis tuæ rationem habebit. Filiorum decore magis moventur pa-

rentes , quam ipsi filii.  
(*Ibidem.*)

XIII. *Ut quidquid non est ex fide Paulus peccatum dicit , ita nos plane possumus affirmare , quæcumque non respiciunt Christum , seu verba , seu opera sint , seu cogitationes , illa omnia ad id omnino spectare , quod Christo contrarium est. Quid igitur aliud eum oportet face- re qui magno Christi cognomine dignus effectus est , nisi ut omnia sua tum cogitata , tum dicta , tum facta diligenter exploret ; & utrum eorum singula ad Christum tendant , ab illo ne sint aliena , dijudicet ? (De perf. Chr. for.)*

XIV. Præfectos pro dignitate suæ præfecturæ sollicitos esse convenit , & non ratione potestatis magnos spiritus gerere. Etenim decet eos majorem quidem quam alii , laborem suscipere , submissius vero quam subditi se gerere : ac pro servi imagine vitam suam aliis exhibere , dum il-

salud. Mas sienten los padres la deshonra de sus hijos , que los mismos hijos. (*Ibid.*)

XIII. S. Pablo dice que es pecado lo que no viene de la fe ; asi podemos nosotros afirmar , que las palabras , obras y pensamientos que no miran á Jesuchristo , se deben contar con lo que es contrario á Jesuchristo. Qué deberá hacer , pues , el que tiene el grande nombre de Christo , sino explicar lo que ha pensado , lo que ha dicho , y lo que ha hecho , y juzgar si todas estas cosas han mirado á Christo , ó son ajenas del Señor ? (*De perf. Chr.*)

XIV. Los que presiden , deben tener el cuidado correspondiente á su dignidad , mas no deben ensobervecerse por razon de su poder. Conviene , pues , que trabajen mas que los otros , y que sean mas humildes que los súbditos ; manifestando en su vida que son siervos de los

fieles , y considerando que los que Dios ha confiado á su cuidado son un depósito del Señor. (*Ibid.*)

XV. El que desea las honras humanas en lugar de las del Cielo , no es fiel , porque como dice el Señor : *Cómo podeis creer los que pretendéis la humana gloria unos de otros , y no buscais la honra que solo Dios puede dar ? (Ibid.)*

XVI. *El Reyno de los Cielos está dentro de vosotros : asi llamó Jesuchristo al gozo que el Espíritu Santo infunde en el corazon ; el qual es una prenda de la eterna alegría que han de tener las almas de los Santos. (Ibidem.)*

XVII. Este santo altar á que asistimos es por su naturaleza una piedra comun. Mas despues que se consagró para el culto , y recibió la bendicion , es una mesa santa , y un altar immaculado , que solos los Sacerdotes , y estos con veneracion deben tocar. El pan tambien es primero

los reputant depositum esse Dei , qui fidei suæ commissi sunt. (*Ibid.*)

XV. Infidelis est , qui humanos pro cælestibus honores venatur , quemadmodum Dominus dicit : *Quomodo vos credere potestis qui gloriam à vobis invicem accipitis , & honorem à Deo solo non quæritis ? (Ibid.)*

XVI. *Regnum Cælorum intra vos est ; regnum appellavit gaudium desuper insitum animis per Spiritum : quod est arrabo sempiterni gaudii quo tunc fruentur sanctorum animæ. (Ibid.)*

XVII. Altare hoc sanctum cui assistimus , lapis est natura communis . . . . . sed quoniam Dei cultui consecratum est ac benedictionem accepit , mensa sancta , altare immaculatum est , quod non amplius ab omnibus , sed à solis Sacerdotibus , iisque venerantibus , contrectatur.

Panis item panis est initio communis : sed ubi eum mysterium sacrificaverit, Corpus Christi fit & dicitur. (*De Baptis. Christ.*)

XVIII. Ubi seaserimus ejus incursus, convenit subicere : *Quicumque in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus.* Quod si conformes morti facti sumus, mortuum prorsus deinceps in nobis peccatum est... fuge igitur a nobis, execrante atque infaste : mortuum enim spoliare vis qui olim tibi se conjunxerat, qui propter voluptates olim sensum amiserat. Mortuus corpora non amat, mortuus non capitur divitiis; mortuus non calumniatur; mortuus non mentitur, non rapit. (*Ibid.*)

XIX. Quod à senatore Joseph gestum est, nobis sit tamquam lex; ut cum illud corporis munus suscipimus, ne id sordidæ conscientia linteo involvamus, neve in cordis monumento, mortuorum ossibus, omnique

un pan comun : pero ya misteriosamente sacrificado, se hace el cuerpo de Christo, y se llama asi. (*De Bapt. Chr.*)

XVIII. Todos los que estamos bautizados en Christo, fuimos bautizados en su muerte. Si nos hemos conformado á su muerte, ya en adelante ha muerto en nosotros todo pecado... huye, pues, de nosotros, execrable y infeliz: pues pretendes despojar á un muerto, que en otro tiempo estuvo contigo, y por los deleytes sensuales habia perdido el sentido. El que ha muerto no tiene amor á los cuerpos, ni le cautivan con las riquezas: el que ha muerto, á nadie calumnia, ni miente, ni roba. (*Ibidem.*)

XIX. Sírvanos de ley el hecho de Joseph de Arimatea, para que quando recibimos aquella prenda del sacrosanto cuerpo, no le envolvamos en el lienzo de una conciencia sucia, ni le depositemos en el monumen-

to del corazon quando está lleno de huesos de muertos, y de todo género de inmundicias. Cada uno se pruebe y exâmine, como dice el Apostol; no le sirva de juicio de condenacion si le recibe indignamente. (*In Christ. Resurr.*)

immundicia pleno, reponamus. Sed unusquisque, ut scribit Apostolus, *seipsum probet*; ne munus indigne suscipienti fit in judicium. (*In Christ. Resurr.*)

